## II. TAVROMENIVM (*Taormina*).

(Cf. C. I. Gr. 5638—5649 c cum add. p. 1250.)

Ταυρομένιον, Latine *Tauromenium* cum post primum bellum Punicum regni Syracusani pars mansisset (Diodorus 23, 4), hoc quoque in provinciae formam redacto supra p. 716 vidimus sub imperium populi Romani eodem iure venisse atque Messanam. Deinde Augustus, quem bello Siculo oppidum frustra temptasse narrat Appianus b. c. 5, 110 seq., colonos eo deduxit teste Diodoro 16, 7: ἡ δὲ πόλις ἀξιόλογον ἀξίωμα περιποιησαμένη τὸ τελευταῖον ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ Καίσαρος ἀναστήσαντος τοὺς Ταυρομενίτας ἐκ τῆς πατρίδος Ῥωμαίων ἀποικίαν ἐδέξατο, id quod factum esse a. u. c. 733 probabile est, quoniam eo anno Dio 54, 7 ait eum Syracusas aliasque colonias in Sicilia condidisse. Coloniam appellant item Plinius 3, 8, 88 et Ptolemaeus 3, 4, 9; *duumviros* ibi fuisse et *pontifices* discimus ex n. 6994 (cf. n. 6995). Minus celebre oppidum fuisse quam Messanam et Catinam Strabo scribit (6, 2, 3 p. 268).

**6989** rep. una cum statua puellae sacerdotis Isidis extra Taorminam septentrionem versus prope ecclesiam S. Pancratii; extat Panormi in museo publico.

SERAPI · ISI · SACRVM
C · ENNIVS SECVNDVS
VOTVM · A · P sic

Ectypum misit Salinas. R. Schoene *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 173.
3 *a(nimo) p(io)* proposuit Schoene.

**6990** tabella uno pede longiuscula, dodrante pedis lata, rep. Tauromenii in subterraneo fornice CAIET. Apud Messanam reperta exilis tabula AVGVST. PINELL. — Panormi [hoc om. ed. 2] rep. ad carcerem veterem GVALT.

FVLGVR
CONDITVM

Ant. Augustinus cod. Matrit. f. 101'; Pinellius cod. Ambros. D 199 f. 56 (inde Grut. 132, 9, qui quod addit 'apud Alfonsum Roisium' ad schedas potius pertinet quam ad ipsum lapidem); Gualterus in deperditis n. 61 = 219 (inde Mur. 129, 4; Torremuzza Pan. n. 9, Sic. I, 31=34), hi tres certe ab eodem auctore. Caietanus isagoge (1707) p. 66 (inde Torremuzza Sic. I, 32 = 35).

**6991** Taorminae rep. a. 1867 in monasterio. Est ibi in museo.

IMP · CAES · DIV*i septimi seueri pii*
ARAB · ADIA*benici parthici max*
BRITTANICI · *maximi diui m*
ANTONINI *German. sarm. nep*
5 DIVI · ANTON*ini pii pronepoti*
DIVI *hadriani abnepoti diui traiani*
*et diui neruae adnepoti*
*m. aurelio antonino pio fel. aug*

Descripsimus Bormann et ego.

**6992** Tauromenii, ut videtur, emit is qui edidit.

AVG · PON · MAX · TR · POT · X ·

Ign. Castella apud Schiavum *mem. per servir alla stor. lett. di Sicilia* 2 (1756) p. 112 (inde Torremuzza XVIII, 53 = 54; Donat. p. 96, 10).

**6993** Taorminae rep. in theatro a. 1841.

ELIO
IIO

Descripsimus Schubring et ego. Ed. Ios. de Spuches *Bull. della comm. di ant. di Sicil.* n. 1 (1864) p. 13.

**6994** Taorminae rep. a. 1841 in theatro; est ibi in museo.

C · MEVIVS
*p*ONT · II*uir*

Descripsimus Schubring et ego. Ed. Iosephus de Spuches *comm. di ant. di Sic.* n. 1 (1864) p. 13.

**6995** Taorminae rep. a. 1841 in theatro; est ibi in museo.

*ii* VIR
*ponti*FEX

Descripsi.

**6996** *in un masso di pietra che non può conoscersi a che servisse* SERRADIFALCO; basis quadrata calcarea SCHMIDT. Rep. Tauromenii in theatro extat ibidem.

*in latere:* CVR PATER · PrOC — antica vacat — *in latere:* GALLO · E · BRADVA · COS · NV p. C. 108

Ioh. Schmidt descripsit. Serradifalco *ant. della Sicilia* 5 (1842) p. 42 tab. 24, 10.
Priorem inscriptionem sic dat Serradifalco, nisi quod legit PI·OC; CVNPATEI//OC Schmidt. Significatur opinor *cur(ante) Pater(no?) p[r]oc(uratore)*.

**6997** Tauromenii rep., a. 1880 illata in museum Panormitanum.

D · M · S ·
COELIA
MELPOME
NE · VIX ·
5 ANN · L · V ·

Descripserunt Ioh. Schmidt et Ant. Salinas.

**6998** Tauromenii rep., a. 1880 illata in museum Panormitanum.

D · M · S
NASENNIA · EV
PHROSYNE ·
VIX · AN · XLIII ·

Descripserunt Ioh. Schmidt et Ant. Salinas.